

Referuntur
opiniones.

Duas autem afferuntur hoc de re opinione: *Primum* Soncinnatis, Suaris, & sicutiū nihil aliud esse, essentiam esse in potentia obiectiuā, quām determinationem obiecti à potentia producituā, & consequenter tenent, rem esse in potentia obiectiuā, nihil aliud esse quād illa relatetur in potentia sui productiuī, sive munus, antequam producetur, erat in potentia obiectiuā, id est, erat in omnipotentiā Diuinā.

Secundum sententiam autem Henrici quodlibet primo quæst. i. & Caietani de ente & essentia cap. 5. afferuntur, esse in potentia obiectiuā dicere ab æterno obiectum possibile per denominationem intrinsecam ab ipsa potentia positivam & reali, quæ est ab æterno in creatura, & fundatur in esse actuali & reali creature ab æterno. Hoc ergo pado, res non modo erunt in potentia sibi productiuā, sed antequam producantur, habebunt iam aliquod esse essentie reale, & positivum in seipso; quod esse dicetur esse potentia obiectiuā, aut saltem esse in potentia obiectiuā.

Ex his vides, quanta sit confusio, ne dicamus contradictionem inter dicta auctorum: Jauellus enim & Soncinus insignes Thomistæ imponunt Scotisticis invenientem dictæ potentia obiectiuæ distinctionem a potentia actiuæ agentis: Meurissius tamen, vt patet ex allatis ex ipso, reducit dictam potentiam ad potentiam agentis: at Caietanus unus ex Thomistis signiferis, apertissimè potentiæ obiectiuæ à potentia actiuæ agentis distinctionem ponit. Ad concordiam reducat vtracq; Schola suos factores, si velit: nos interim ad rei veritatem patefaciendam properemus, binasq; propositas difficultates duplice resolutione decidamus. Resolutione prima duas habebit partes, prima erit quod essentia rerum ab æterno non sunt purum nihil: secunda quod sint vere aliiquid, non quidem reale actuale, sed reale potentiale. In altera resolutione ostendemus vere dari potentiam obiectiuam distinctam à potentia actiuæ agentis, quæ potentia obiectiuæ non est solum potentia Logica, sed realis, & in qua sunt res potentialiter antequam acquirant existentiam, & non solum in potentia agentis. Post quamlibet resolutionem proponemus argumenta in contrarium, eaq; soluemus.

DECISIO.

Nam 2.
Essentia ab
æterno non
sunt nihil,
sed ens po-
tentiale.
Quod non
sunt nihil
probatur
grande.

Resolutio prima. Essentiae ab æterno non sunt purum nihil: est contra Meurissium cit. sed sunt vere ens non quidem actuale sed potentiale: est contra Henricum & Albertinum. Probatur autem prima pars hæc euidentissimè ratione. Quod addit aliiquid supra non Ens, non est purum nihil: est essentia ab æterno addunt aliiquid supra non ens, ergo sunt aliiquid ens. Major patet, minor probatur: quod addit supra impossibile, addit supra non ens: sed essentiae addunt supra impossibile, ergo &c.

Confirmatur: Impossibile est omnino non ens, id est neque ens essentia, neque ens existentia, neque ens actuale, neque ens potentiale: at essentia rerum sunt entia saltem possibilia, ergo addunt supra non ens, & per consequens non sunt purum nihil.

Confirmatur iterum: Vel essentiae ab æterno non habent plus entitatis quā chymera;

vel habent? si habeant, habemus intentum. Si non habeant, ergo sicut chymera sunt entia impossibilia, ita essentiae ab æterno erunt entia impossibilia. Nam quare, si essentiae sunt entia impossibilia, vel illud possibile addit aliquid supra impossibile vel nihil? si addit aliquid, ergo non est purum nihil, sed aliquid. Si nihil addit, ergo sicut impossibile non dicit ordinem ad existentiam, ita nec essentiae: quare dicendum est possibiliter illam esse aliquid potentiale.

Secundo probatur. Quod discedit à puro non ente, est aliquid saltem modo ens: sed essentiae discedunt à puro non ente; quia sunt entia impossibilia existere, ergo non sunt purum nihil, & per consequens sunt aliquid. Hanc quoq; resolutionis partem probant rationes Henrici & Albertini, in quantum ostendunt verè essentias esse aliquid ab æterno; eas tamen soluemus in quantum affirmant illud aliiquid esse aliiquid actuale; eas, in quam, quod hanc partem diluemus, non tamen quod priore; unde prior hæc pars nobis fuerit: rationes vero Meurissij, quas maiori ex parte hausit ex Scoto, nihil faciunt contra nos, qui tenemus illud esse reale essentia ab æterno non esse actuale, sed tantum potentiale: sed militant contra Henricum & Albertinum tenentes esse illud, esse actuale.

Quod vero essentia ab æterno non habet, aut esse actuale, probatur præsertim octo rationibus ab Albertino relatis, quas tamen (vt contrarium tecum) soluit: vt autem in suo robore maneat hæc secunda nostra resolutionis pars, ostendemus solutiones ab Albertino datas non satisfacere, sic ergo licet argumentari.

Primò. Si mundus v.g. haberet esse actuale ab æterno, non posset dici creaturæ in tempore: sed de his est quod sit creaturæ in tempore, ergo nullum esse actuale habuit ab æterno. Prob. maior; Creatio est ex nihilo, id est nihil omnino supponit: quod autem habet esse actuale, non est nihil, sed aliiquid supponit, ergo ille transitus ab esse actuali essentiae ad esse actuale existentiae non potest dici creatio.

Respondet Albertinus sufficere ad creationem nihil existentia. Sed hæc responsio nulla est: Primò quia sic omne generans dicetur creare, quia generans totam producit existentiam: Secundò creatio in hoc differt à generatione, quod generatio præsupponat aliiquid præsumit: creatio vero nihil omnino actuale supponat, sed sit simpliciter à non ente actuali, ad ens actuale.

Secunda ratio. Annihilatio est ad non esse actuale: sed si essentiae haberent esse actuale ab æterno, corruptio, existentia semper remaneret, nihil Deus posset annihilar, quia res illa, quam vellet annihilar, semper remaneret secundum suum esse actuale essentia.

Respondet Albertinus ad annihilationem sufficere destructionem existentiae: Sed hæc responsio stare non potest: nam vt sic corruptio, & annihilatio essentia idem: adde quod ordinariè dicunt quod subtletis primis substantijs tolluntur & secundæ, ex cap. de substantijs, ergo destrutis primis substantijs, id est individuis existentibus, pereunt quoad suam actualitatem naturæ vniuersales, id est essentiae.

Secundo.

Num. 2.
Quod illud
esse non sit
actualis.

Prob. 1.

Respon. Al-
bertini im-
pugnatur.

2. Prob.

Rsp. Alber-